

Sammelband G.

Nr.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.
- 18.
- 19.
- 20.
- 21.



EXCELLENTISSIMI  
ARNOLDI CORVINI  
DIGESTA JURIS,

*per*  
APHORISMOS

Strictim explicata,  
OCTODECIM DISPUTATIONIBUS,  
PRÆSES,

JOACHIMUS *Berger* /

D. & Prof. Publ.

ac

*Perpetuus Respondens*

ADAMUS FRIDERICUS à *Thofz* /

Eqves Variscus,  
*publico discursui sistunt.*


---

WITTENBERGÆ

Imprimebat JOHANNES HAKEN:  
ANNO M. DC. LXIX.

*EXCELLENT  
FACTO  
DN. STR  
cum proluxa  
lute  
transmittit*





Q. D. B. V.



Vi in Aulis Principum, & Re-  
rumpublicarum oculis aliquando cum o-  
mnigenâ utilitate vivere anhelant, Illud,  
non tantum omnibus Christianis, Rerum  
Dominis, sed & Turcis, usurpatum, diver-  
so tamen modo, rei regundæ Medium  
quàm salutare, *JURISPRUDENTIAM RO-*  
*MANAM*, calleant examussim necesse est: In libro hoc  
Juris Augustissimo Disciplinarum partim quæ orationem,  
partim quæ Rationem perpoliunt, & instar adminiculorum  
habent; deinde aliarum multò nobiliorum, quas Scientifi-  
cas, juxtimque Practicas Consuetudo, penes quam jus &  
norma loquendi est, meritissimo suo dixit, clarissima exem-  
pla prostare, *Matthæus Wesenbesius, Albericus Gentilis,*  
*Antonius Del' Rio, Turaminus, Henricus Gebhardus, Benedi-*  
*ctus Winclerus*, aliique ostenderunt sine affectu satis, qui scri-  
ptis triumphant; ac in EADEM Singulas Virtutes juberi, seu  
vi quadam singulari roborari, vitiaq; prohiberi, Nobilissi-  
mus Jctus *Erasmus Urgepauerus* suis inculcavit & Scripto cõ-  
testatus est. De Politicâ Prudentiâ pauxillum exinde refer-  
re, fortean nostris jucundum foret, nî prolixum. Scribit  
Papinianus alta mentis Jctus *L. XLIII. D. de Religios. & Sum-*  
*rib. Fun.*

*Propter publicam UTILITATEM strictam rationem  
insaper habemus.*

Qui locus licet Scholiis Insignium Doctorum illustris sit, ex  
se tamen *JURISPRUDENTIAM*, quam laudo, maculasse  
videri poterat; cum rationem, quæ aliàs Romanæ Legis o-  
mnem facit paginam, Utilitati publicæ postponat, quæ ta-  
men

men haut rarò , jure æquoque susque deque habito, latè re-  
gnare solet. Sed nolim ita de Papiniani sententiã judices;  
*à rectâ ratione, verba sunt Dn. Conringii in Dedicatio-  
ad Veram JurisPrudentiam Joachimi Hopperi; & ab I-  
psorummet optimorum Juris Romani Conducorum sen-  
tentiã aberrant, qui Leges positivas Civiles nullo certo  
niti fundamento, sed solo cæco arbitrio stare vel cadere  
arbitrantur.*

Sic omninò est, inter ea, quæ JurisPrudentiæ nostræ funda-  
menta jacta esse gloriamur, non infimum est, CIVILIS U-  
TILITAS; audi, instar omnium, è tripode loquentem Mo-  
destinum L. XXV. D. de Legibus:

*Nulla juris ratio, aut Æquitatis Benignitas patitur, ut  
que salubriter pro UTILITATE Hominum introducun-  
tur, ea nos duriore interpretatione, contra Ipsorum  
commodum producamus ad severitatem;*

ubi, nî fallor, sed qui falleret cum Modestino sentiens, Jctus  
ex Ipso Jure Morali effloruisse humanam UTILITATEM  
largiter contestatur; etenim quod in publicum UTILE est, i-  
dem & salutare; utrumq; v. hoc æterno Juri & rectæ Rati-  
oni respondet, cum jus hoc nobiscum natum UTILITA-  
TEM illam amplectetur ac in manibus habeat, nec patiatur,  
ut, qualis quantaque sui naturâ sit, talem sese ubivis non  
præstet. Ut verò constituti Romani Juris UTILITATEM  
exactius adsequaris, assevero audenter, Eandem esse Ipsam  
ÆQVITATEM: cito, quem hîc sequor, locupletem testem  
Ulpianum L. I. D. de Exercit. Action. dum scribit;

*UTILITATEM hujus Edicti patere nemo est, qui igno-  
ret: nam cum interdum ignari, cujus sint conditionis,  
vel quales, cum Magistris propter navigandi necessitas  
tem contrabamus, ÆQUUM fuit; &c.*

ubi, quam primum Jctus allegaverat UTILITATEM, mox  
verso stilo ut Orator optimus, eandem ÆQVITATEM esse  
defendit: rursus iterumque Dn. Conringium d. l. confitentem  
habeo, cujus verba hæc recito:

A a

Si be

*Si bene rem explices, est ipfiusmet Naturalis Iufti propè  
& mater aequi; UTILITAS videlicet Natura ejus, que  
humano est generi communis.*

Ex hoc **JURE ROMANO** solo, qui aliàs Artibus ad Hu-  
manitatem pertinentibus fatis instructus est, & non limis &  
morficantibus oculis **JUS ILLUD** inspexit, de **MAJESTA-  
TIS JURIBUS** Ecclesiasticis ac Secularibus in univèrsum om-  
nibus, nullo extrinsecùs adsumto, verba facillimè faciet:  
si que occasio tulerit, sigillatim de Juribus Belli, Fœderum,  
Legationum, Legum, Magistratum, Nundinarum, Com-  
merciorum, aliarumque rerum, quibus Respublica con-  
stat, discurret ad publicam utilitatem ejusdem Juris Consul-  
tus: argum. §. fin. procem. Institut. Imperialium. Ut silentio  
præteream, quod **HUJUS JURIS SCIENTIAM CALLENS**,  
nec falli facillè possit, nec alios unquam fallat, scit enim quã-  
do & ubi *cauto* opus sit: & cavet, quod Plutarchus de Educa-  
tione Liberorum habet, ne lapis super lapide sedeat: allego  
testimonium *Caroli Molinei*, qui, uti in vita Ejusdem præ-  
missa Tractatui de Commerciis, Contractibus, Usuris & Redi-  
tibus habetur, bonus Autor est, è cujus Scriptis plurimæ  
Decisiones erutæ fuerunt, transieruntq; in Decreta Sena-  
tus aut Consuetudines novas; *Ille v. Quest. V. num. 113. fol. 97.*  
ita scribit:

*Veteres Illi Jcti nedum Philosophia & Theoria, sed  
Commerciorum Praxisq; & rerum omnium politicarum  
fuerunt peritissimi, ut in omnibus justum ipsum Medium  
civile & æquabilitatem summam sequantur: non enim  
potuisset unquam, ne nunc quidem, post tot secula, potest  
justior & æquabilior in perpetuum æstimatio fieri.*

& hoc vel idèd, quod Juris Prudentia Romana vel ipsam re-  
ctam rationem, vel Reipublicæ Statui convenientem ratio-  
nem ex se fortissimè spiret: quorsum reverenter refero  
**MARTINI LUTHERI THEOLOGI** uti sententiã, ita non i-  
gnavã operã per vitæ tempus Summi, verba in der Predigt ü-  
ber

ber daß Evangelium Luc. an II. am Tage der Reinigung Ma-  
ria fol. 26. fac. B. S. daß ist &c. ibi :

Desß Papsts Gesetz ist nicht so gut als des  
Kaisers sintemahl des Kaisers Gesetz nach  
der Vernunft Gottes Ordnung ist ;

Fuere quidem, & nunc eheu sunt, qui omni suâ arte non  
tantum imminutum, sed & ad Indos & Garamantas relega-  
tum voluere Sanctum hoc ROMULIDUM Jus, confisi inter  
alia Rescripto IMPERATORIS FRIDERICI III. in seiner  
Reformation apud Goldast. Tom. I. Constitut. Imperialium Art.  
V. fol. 167.

Alle Doctores der Rechten / sie seind Geist-  
lich oder Weltlich / im heiligen Römischen  
Reiche Deutscher Nation, sollen nach laut  
der fürgenommenen Reformation, an kei-  
nem Gerichte bey feinen Rechten / auch in  
keines Fürsten oder andern Râthen mehr  
gelitten / sondern ganz abgethan werden:  
Sie sollen auch fürbaß hin vor Gerichte o-  
der Recht nicht weiter reden / schreiben oder  
rath geben; seitmalß Gott den Menschen  
mit seiner eignen Weißheit begnadet und  
versehen hat / so mag er in der neuen fürge-  
nommenen Ordnung seines Rechts selbst  
wohl warten.

& in Eiusdem Declaratione super hunc Artic. V. f. 171. en,  
uti bene Doctis, ita lippis & tonforibus, æquè nota jura, ut  
in neutris discriminari queant. Tulisse Legem hanc Impe-  
rat: Fridericum, addubitare vellem, quia Ipse vel in eo Au-  
gustum Cæsarem æmulatus, quod Literatos diligeret: Sunt  
alii, queis in corde acetum, quibus Decretum hoc nec pro-  
batur, nec usu receptum, non vanæ conjecturæ sunt: ego ex

Cæsaris verbis respondere didici, quod felicissimus Ille. Re-  
rum Dominus, uti Artic. VI. Imperatoria Jura, justitiâ &  
æquitate splendentia haut antiquavit, ita ibidem Jctis do-  
ctis & conscientiosis suas haut abjudicavit laudes, nec exter-  
minatos voluit; quinimò in d. Declarat, primâ Art. V. tribus  
Juris Doctoribus jura profitendi, deque iisdem responden-  
ti facultatem tribuit. Quoad cætera, ex secunda & cæteris  
Declarationibus d. Artic. V. manifestum fit, à Cæsare illis  
Doctoribus dicam scribi, qui fori & judiciorû inquinamen-  
ta fuere. Nihil igitur est, quod Arti huic ex se vitio verti  
possit, vitia hîc sunt eorum, qui Disciplinam hanc nun-  
quam fideliter didicerunt, aut eâ pessimè abutuntur. Stu-  
dium hoc juris oppidò necessarium & utile est illis, quos AN-  
TIQUA PROSAPIA præ aliis evexit; è re hac *Josephus Sca-*  
*liger Epistolâ CCCLXXVIII. ad suum Joannem à Woviers:*

*Studium Juris malim te persequi, neq; à tam bono  
incepto desistere. Scis enim, eam viam esse uni-  
cam hodiè illis, qui & summos honores consequi, &  
(Principi) Patriq; prodesse volunt.*

Omnis enim unâ mecum confitetur;

*Turpe esse NOBILI, Jus Romanum, quod in Ger-  
maniâ altas egit radices, & Palladium quoddam  
est, ignorare.*

ut fileam, quod in toto Teutonum Imperio, nec Princeps  
nec ResPublica floreat, in Quorum Dicasteriis, juxta Le-  
gum Romanarum Tabulas, maximam partem non judice-  
tur: est, quò hîc Dn. *Conringii de Civili Prudentiâ cap. III. fol.*  
*34. ex osculer sensa animi, sic n. scribit:*

*Fatemur utiq; & Nos, Prudentiam hanc Juris di-  
gnam esse Prudentia cognomento. Fatemur de-  
inde, absq; Illâ, nec Civitatem aliquam feliciter  
administrari posse.*

Jam dubius non hæreo, fore, ut brevi *Noster Conringius* & in  
illam descendat sententiam, infinita in Jure Romano pu-  
blici



blici Juris esse capita, de quæ Jisdem Artem illam insignitis-  
simè præscribere: Votum meum serium est: *Miretur Or-*  
*bisliteratus, Dn. Conringium factū esse Juris Consultum Romanum.*

Nunc Ille, cujus gratiâ hoc exiguum scripsim, debitâ  
laude non frustrandus. Est verò *Generosus atque No-*  
*bilissimus ADAMUS FRIDERICUS à THOS /*  
*Eqves Variscus, Fautor atque Amicus meus è paucis dile-*  
*ctus: Hic per aliquot annos ad pedes Omnium Ordinum*  
*Dn. Professorum in hac Leucorea quotidiebus sedens, dum*  
*egregiam supellectilem Juris Romani & omnis Humanita-*  
*tis sibi comparasset, in Aulâ SUI PRINCIPIS, ac ubi aliàs*  
*DEUS siverit, jamjam animi dotes exponere jussus est Illis,*  
*Quibus parere Ipsi volupe: valedicendum igitur vitæ ipsâ*  
*jucunditate jucundiori Academicæ: antequam verò statio-*  
*nem hanc, quàm optimè ornat, relinqueret Doctissimus*  
*NOBILIS, brevi spatio, octodecim Disputationibus, AR-*  
*NOLDI CORVINI DIGESTA publicè, inaudiente ipsâ A-*  
*stræâ, solitâ operâ percurreret, quò Academia hæc tota &*  
*quivis bonus intelligere habeat, Se non Murcia & Vacunæ*  
*litasse: VOS Strenuos Juris Romani Cultores, Ami-*  
*cos meos singulares, rogatos velim, ut frequentetis sin-*  
*gulis hebdomadibus (status verò & fixus huic negotio e-*  
*rit dies Mercurii & quidem per antemeridianas ho-*  
*ras tergeminas) indictas has Disputationes, scitis e-*  
*nim, quod decora ingenia per applausum vestrum ad majo-*  
*ra excitentur; ita verò Nobilissimus vester Commilito di-*  
*sputabit, ut compositum animum præ se ferat ubiq;: Rectè*  
*enim Verulamius lib. VIII. Augment. Scientiarum:*

*Ludus (ut nunc fit) ferè apud omnes instituitur, &*  
*aperitur ad altercationes & quæstiones de jure*  
*multiplicandas, tanquam ostentandi ingenii*  
*causâ, atq; hoc est vetus malum; etenim, etiam*  
*apud Antiquos gloria fuit, tanquam per Sectas &*  
*factiones, quæstiones complures de jure magis fo-*  
*vere, quàm extinguere. Id ne fiat, providetor.*  
*nec*

nec fortean Vos indoctos dimittat. Omnibus enim notum facio, & vel ipsa invidia audiat, Hunc Nobilissimum à Thos/ exasciatum satis Literaturâ, non desultoriâ scientiâ, sed primùm simplici viâ, deinde verò exactissimâ diligentiam per partes JURIS ROMANI ivisse: Cumq; seculum hoc nostrum vel, minimùm, annuo spatio curriculum studii Legum absolvere optet, sintque Adolescentum Quidam, qui hujus Juris citissimè imbibendi gratiâ aliquot Germaniæ peragrant Academias, qui tamen domum reversi finem suum non obtinere: nec enim habet Germania ullibi tales Antecessores, qui intra brevissimum tempus Jura, quibus per totum vitæ tempus utendum, instillare possent: non possum non in gratiam Meorum ex Epistolis JACOBI CRUCI Lib. V. Epist. ad ARNOLDUM VAN DER GRAVIUM Studiosum f. 463. hæc laudasse:

*Nulla tutior, quàm si fontes ipsos adeas, & viâ Regiã tendas, ad metam: Prescripta illa tibi à Sacratissimo Principe in Institutionibus, quas non legi tantum à te, & relegi, sed & in succum verti & sanguinem volo & hortor. Quod enim in Theologia, Sacra Scriptura est: in Medicina Hippocrates: in Philosophia Stagirita: hoc in Jure Justinianus: Cui si ad majorem lucem, interpretem jungas, nihil veto. Manu te ducent ad sublimiora Sacra Themidos: Sed cave præcipitantiam; seriùs enim absolvit, qui nimium properat. Littus hîc legere satius est, quàm in primis illis tirociniis in altum provehi, cujus profunditatem ingenui tui bolide non explores, nec cymbulâ tuâ enaviges: maturanda hæc studia, non temerè protrudenda: factis semel solidè fundamentis, quicquid deinde superstruitur, perennat. Via hæc tibi ad Digesta & Codicem, qua alius se insinuabunt, devoratis his primis Astrææ principis. Hæc Ille.*

Adde Nicolaum Caussinum Jesuitam de Eloquentiâ Sacrà & Humanâ Lib. 12. cap. 22. de Ratione ediscendi juris fol. 621. & Dn. Anton. Gunter Fritziium Jctum Apologiâ pro Jctis Orthodoxis contra D. Casp. Manziùm. Tandem Valete & favete, Dabam è Museo meo XVIII. Junij ANNO. M. DC. LXIX.

00A 6297

ULB Halle 3  
002 927 276




56, f

VD 17

Reise







B.I.G.

Farbkarte #13



15

ISSIMI  
CORVINI  
JURIS,

S MOS  
licata,  
TATIONIBUS,  
S,  
Berger /  
Publ.

ondens  
ICUS à Thoff/  
scus,  
sistunt.

Æ  
ES HAKEN:  
KIX.

EXCELLEN-T  
FACTO  
D.N. STR  
cum prolixo  
lute  
transmittit

